

Defendit honorem ministrorum.

et iniquis contra ministros huius Prouinciae detractoribus,) sed non patiar, quòd tanti, et tam praeclari Religiosi, et Clerici falsò calumniantur, detrahantur, et infamantur, (a) qui diebus Dominicis, et Festis nullo praetermisso, Indis Euangelium exponimus, et virtutes, quas sectari, et vitia, à quibus declinare debeant annuntiamus proprio idiomae Indorum, secundum eorum capacitatem, et Concilij Tridentini dispositionem sess. 5. cap. 2. et sess. 23. cap. I. de reformat. et sess. 22. cap. 8. vide epistolam Regis nostri ad Audientiam Mexicanensem, fol. 79. ibi: *Acá me ha parecido, que vno de los principales medios, que se podian tener, para que los naturales dessa tierra viniessen en conocimiento de nuestra santa Fè Catolica è ser industriados en ella, y tambien para que tomassen nuestra policia, y orden de viuir, es mezclár los de morada con los vezinos Españoles.* Nam si ministri, vt homines, aliquo defectu notantur, quam citò à Prelatis corripiuntur monitionibus salutaribus, comminationibus, censuris multis pecuniarijs, si Clerici sint: si verò Regulares, à suo Prelato priuatione beneficiorum, et alijs poenis, secundum sua statuta; et aliquando priuatione habitus ab ordine expelluntur, cuius sum testis ocularis.

Qua propter absit ab humano, christianoque; intellectu omnes ministros generaliter incorregibiles, flagitiosos, criminosos, percusores, inhonestos, indoctos esse dicendos: nam si praeteritis annis non omnes linguam Indorum agnouerant, propter senectutem, et longaeuam aetatem, vel inualitudinem, quibus impediabantur: modo vero haec calumnia cessauit, cum ferè omnes sciant, et loquantur Indorum linguam, vt decet, et debet, Clerici similiter, quos Episcopus cum beneficia confert, longo praeuio, examine, et oppositione probat, et reprobatur, secundum ius Patronatus Regalis, et iura canonica, tex. in cap. graue nimis de praeuend. cap. cum incunctis, de electione Concilium Tridentinum sess. 7. cap. 3. de reformat. tex. in cap. quia nonnullis, de Clericis non resid. cap. licet canon, de electione in 6. idem Concilium sess. 24. cap. 18. ibi: «Peracto deinde examine renuntientur quoscumque, ab his idonei iudicati fuerint aetate, moribus, doctrina, prudentia, et alijs rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis. Ex his que Episcopus eum eligat, quem caeteris magis idoneum iudicauerit, atque illi, et non alteri collatio Ecclesiae ab eo fiat, ad quem spectauit eam conferre.»

Ay cedulas, en que se manda sean preferidos los descendientes de los Conquistadores.

Observat item omnes schedulas, in quibus omnes Diocesanos praeferrí iubetur: et maximè qui linguam indorum sciunt. Deinde filios, et descen-

(a) Nam Sacerdotes sunt patres, tex. in cap. quis dubitet, 96. dist.

negligencia, mi impureza, sea conocida y acusada por las lenguas viperinas é inicuas que vituperan á los ministros de esta Prouincia); pero no toleraré que tantos y tan ilustres religiosos y clérigos sean calumniados, censurados é infamados, (á quienes los domingos y días festivos, sin excepción, explicamos el Evangelio á los indios, las virtudes que deben seguir y los vicios de que deben huir; así lo predicamos en el mismo idioma indígena y según su capacidad y lo dispuesto por el Concilio Tridentino (Ses. V, cap. II y ses. 23, cap. I de reformat. y ses 22, cap. VIII): véase la carta de nuestro rey á la Audiencia de México, fol. 79, donde se lee: «Acá me ha parecido, que vno de los principales medios, que se podian tener, para que los naturales dessa tierra viniessen en conocimiento de nuestra santa Fè Catolica, e ser industriados en ella, y tambien para que tomassen nuestra policia, y orden de viuir, es mezclár los de morada con los vezinos Españoles.» Porque si á los ministros, como hombres, se les nota algún defecto, en el acto son corregidos con saludables consejos, amenazas, censuras, multas pecuniarias, sison clérigos; pero si son religiosos su Prelado con la privación de los beneficios y otras penas según sus estatutos, á veces con quitarles el hábito y expulsarlos de la Orden, de lo cual soy testigo ocular. Por tanto, lejos del humano y cristiano entendimiento pensar ó decir que todos los ministros en general son incorregibles, viciosos, criminales, azotados, deshonestos, ineptos; porque si en años pasados, no todos conocieron el idioma de los indios, por vejez y crecida edad, ó por enfermedad que se los impedía; mas ahora cesó esta calumnia puesto que casi todos saben y hablan dicho idioma como conviene y se debe. Igualmente los clérigos á quienes el obispo confiere beneficios después de probarles ó reprobales con largo examen y oposición, según el derecho del Real Patronato y del Canónico (tex in cap. graue nimis de praeuend. cap. cum incunctis, de electione, Concilio Tridentino ses. VII, cap. 3 de Reformat. tex. in cap. quia nonnullis, de clericis non resid. cap. licet canon, de electione in 6, en el mismo Concilium ses. XXIV, cap. 18), que dice: «Después de esto, finalizado el examen, den los examinadores cuenta de todos los sujetos que hayan encontrado aptos por su edad, costumbres, doctrina, prudencia y otras circunstancias conducentes al gobierno de la iglesia vacante; y elija de ellos el obispo el que entre todos juzgare más idoneo, y á éste y no á otro ha de conferir la Iglesia la persona á quien tocare hacer la colación.» También el obispo cumple todas las cédulas en que se manda se prefieran particularmente á los diocesanos que saben

(a) Puesto que los sacerdotes son padres conforme al texto en el cap quis dubitet 96, dist.

Defende el honor de los ministros.

dentes à prioribus Conquisitoribus, quos maximè Rex noster commendat, secundum l. 13. tit. 15. part. I. ibi: *Los Patronos deben presentar a los hijos de la Iglesia a tales, que sean para ello*, quos praeferendos censet Greg. Lop. in eius glos. verb. de aquel Obispado, tex. in cap. bonae memoriae, el 2. de postulatione Praelatorum, ibi: «Nec velamus praeferre alienum,» tex. in cap. hortamur, cap. veniens, cap. nullus 71. dist. glos. verb. veniens, ibi: «Prius sunt instituendi filij Patronorum, vel Parochianorum, vel eorum, quorum sumptibus Ecclesiae est constructa,» tenet Soto de iust. et iur. lib. 3. q. 6. art. 2. Sanctus Thom. 2. 2. q. 63. art. 2. ibi: «Quòd cum dignitas consideranda sit respectu finis intenti; ille, qui de gremio eiusdem Ecclesiae est constructa, videtur vtior, quantum ad bonum commune, quia magis diligit Ecclesiam, in qua nutritus est,» tenet Cobar. pract. cap. 35. Vgolin. de potestat. Episcop. Salcedo in praxi. Didacus Perez in l. 18. Ordinarum. verb. que ningun extranjero.

Soto de iust. et iur. lib. 3. q. 6. art. 2. S. Thom. 2. 2. q. 63. art. 2.

Vgolin. de potestat. Episcop. Salcedo in praxi.

Quae iura omnes Episcopus dignè, et laudabiliter executioni mandasse in hac Dioecesi egomet vidi. Vnde calumniatores ministrorum non poena carere praedicabo, et annuntiabo. Cum causas ecclesiasticorum praerripiunt, et in eas sibi non pertinentes, se intromittunt, non vt secretò corrigant, sed vt publicè calumniantur, immemores, quam sit sacrilegium eos honore spoliare: quos Deos Daud Psal. 81. vocat. «Vos Dij estis, et filij excelsi omnes:» et quos Christus Dominus non homines appellat, vt inquit D. Hieron. lib. 3. Comment. in Matthaeum cap. 16. et legitur in Homil. festiuitatis Apostolorum Petri, et Pauli, ibi: «Prudens Lector attende, quòd ex consequentibus, textuque sermonis nequaquam homines, sed Dij appellatur, &c. Contra hos calumniatores inuehit Innocentius Papa III. in cap. cum ex iuncto. de haeretic. ibi: «Licet autem scientia sit valdè necessaria Sacerdotibus ad doctrinam, quia iuxta verbum propheticum labia Sacerdotis custodiunt scientiam, et legem exquirunt ex ore eius; non est tamen simplicibus Sacerdotibus etiam à Scholasticis detrahendum, cum in eis Sacerdotale officium debeat honorari, propter quod Dominus in lege praecepit. Dijs non detrahes, Sacerdotes intelligens, qui propter excellentiam ordinis, et officij dignitatem Deorum nomine nuncupantur.» Et infra, et eod. cap. in fin. sic ait: «Aliud est, quòd subditus non tam animo reprehendi, quam detraheri insurgit temerarius in Praelatum, cum ei potius incumbat necessitas obsequendi. Quòd si fortè necessitas postularet, vt Sacerdos tanquam inutilis, et indignus à cura gregis debeat

el idioma de los indios, después á los hijos y descendientes de los primeros conquistadores, á quienes nuestro rey recomienda en especial, conforme á la ley XIII, tit. 25, Part. 1. así: «Los Patronos deben presentar a los hijos de la Iglesia a tales, que sean para ello,» que cree Gregorio López deben ser preferidos (en la glosa, voz de aquel obispado, del tex. in cap. bonae memoriae, el 2 de Postulatione Praelatorum: No queramos preferir el extraño, tex. in cap. hortamur, cap. veniens, cap. nullus 71. Dist. glos. voz, veniens. «Primeros deben ser instituidos los hijos de los Patronos, ó de los parroquianos ó de aquellos que á sus expensas se ha edificado la Iglesia,» lo sostiene así Soto (De Justit. et Jure, Lib. III, q. 6, art. 2). Sto. Tomás 2, 2, q. 63, art. 2. «Como la dignidad debe considerarse respecto del fin intentado, aquel (candidato) tomado del seno de la (misma) Iglesia, parece será mas apto para procurar el bien común, porque amará más á esta Iglesia que es su madre.» También lo sostienen: Covarrubias (Pract. cap. 35), Vgolin (de potestat. Episcop.) Salcedo (in Praxi), Diego Pérez (in Lib. 18). Ordinarum (palab. que ninguno extranjero). Yo mismo ví que todos los obispos mandaron digna y loablemente, que se observasen tales disposiciones en esta diócesis. Por tanto, diré y publicaré que los calumniadores de los ministros merecen castigo, arrebatando las causas de los eclesiásticos, y entremetiéndose no tocándoles, no para corregirlos secretamente sino para calumniarlos en público, olvidándose que es un sacrilegio despojar del honor á los que David (Ps. 81) llama dioses: Vosotros sois dioses y todos hijos del Excelso; y á quienes Cristo Señor Nuestro no les llama hombres, como así dice San Jerónimo (Lib. III, comentando el cap. 16 de San Mateo, y se lee en la Homilia de la festividad de los apóstoles Pedro y Pablo). «El prudente lector atienda que por las consecuencias y texto del lenguaje del sermón, «de ninguna manera son llamados hombres sino dioses, etc.» El Papa Inocencio III (in cap. cum ex iuncto de haeretic) clama contra estos calumniadores, así: «Aunque la ciencia sea muy necesaria á los sacerdotes para enseñar según las palabras proféticas: los labios del sacerdote guardan la ciencia y la ley la medirán de su boca;» sin embargo, los escolares no deben censurar á los simples sacerdotes, porque en ellos es honrado el cargo sacerdotal; por lo cual el Señor en la ley mandó no censurar á los dioses, entendiéndose á los sacerdotes que por la excelencia del Orden y dignidad del oficio, son llamados con el nombre de dioses.» Después, al fin del mismo capítulo, dice: «Otra cosa es, si el inferior temerario, no con intención de corregir, sino de censurar, se levanta contra el Prelado cuando le toca

Soto de Just. et Jure, Lib. III. q. 6. art. 2. Sto. Tomas. 2. 2. q. 63. art. 2.

Vgolin de potestat. Episcop. Salcedo, in Praxi.

remoueri, agendum est ordinatè apud Episcopum: ad cuius officium tam institutio, quam destitutio Sacerdotum noscitur pertinere. » Ecce traditur modus corripiendi Sacerdotes in toto isto tex. quem videas, et mente teneas. Et facit ad nostrum propositum tex. in Extravaganti: « Vnam sanctam de maiori parte, et obedientia: ergo si deuiat terrena potestas, iudicabitur à potestate spirituali; sed si deuiat spiritualis, minor à suo Superiori: si verò suprema, à solo Deo, non ab homine poterit iudicari, testante Domino, spiritualis homo iudicat omnia; ipse autem à nemine iudicatur. » Ecce traditur modus corripiendi: ergo non licet Sacerdotes, et maximè Praelatos dehonore, et fama, et honore spoliare absque periculo peccati mortalis, et obligatione restituendi; neque omnia contra illos obiecta, falsasque calumnias credere ea facilitate, (b) qua leues homines credere solent dicta cum malitia, affectione, et odio, ne dicam consuetudine detrahendi, vt solent: de quibus Psalm. 143. « Eripe me, Domine, ab homine malo, à viro iniquo eripe: qui cogitauerunt iniquitates in corde tota die, constituebant praelia, acuerunt linguas suas, sicut serpentes venenum aspidum sub labijs eorum. » Non enim omnia accipienda sunt in malam partem, ne dum credenda sed ad meliorem, vt ex Venerabile Beda hom. 6. super Luc. « Estote misericordes sicut Deus Pater vester misericors est. » Hoc loco nihil aliud nobis praecipere existimo, nisi ea facta, quae, dubium est, quo animo fiat in meliorem partem interpretemur: quod enim scriptum est, ex fructibus eorum cognoscetis eos: de manifestis dictum est, quae non possunt bono animo fieri, vt stuprum, blasphemiam, ebrietatem, et similia; de quibus nobis permittitur iudicare: ex opposito enim manifestum periculum detractionis, vel murmurationis secretè incurres, vel contumeliae, si publice: quod peccatum est mortale, non solum quando depravata intentione id fiet, sed etiam quando ex leuitate animi secundum grauitatem materiae; facilis deprehenditur, vt ex Sancto Thom. 2. 2. q. 72. art. 1. et q. 73. art. 1. et q. 74. art. 1. et q. 75. art. 1. maximè quando detractio, vel contumelia eos tangeret, quorum vita in exemplo imitationis est posita. Qui, si possunt, tenentur detrahentium sibi verba compescere, vt ex Sancto Thom. 2. 2. q. 72. art. 3. et ex D. Greg. hom. 9. sup. Ezequiel. « De Praelatis enim, et Sacerdotibus detractio specialiter à Domino prohibetur, » Exod. 22. « Dijs non detrahas. » Et idem D. Greg. explicat lib. 2. Registri, cap. 72. ad medium.

(b) Vide tex. in cap. quamuis et cap. non solum 11. q. 3.

« más bien la obligación de obedecer. Mas si tal vez lo exige la necesidad que el sacerdote por inútil é indigno deba ser removido, se debe promover con orden ante el obispo, quien tiene obligación, como es sabido, de instituir ó destituir á los sacerdotes. » Véase y téngase presente todo este texto, en el cual consta el modo de corregir á los sacerdotes. Viene bien á nuestro propósito el texto de la Extravagante (L. I, tit. VIII, cap. 1): *Unam sanctam* de Maioritate, et Obedientia (Bonifacius VIII, an. 1302). « Luego si se desvía la potestad terrena, será juzgada por la espiritual; si ésta, el menor lo será por el mayor, su superior; pero si la Suprema, sólo por Dios y no por el hombre; conforme á lo que dice el Señor: *el hombre espiritual todo lo juzga; pero el por na-die es juzgado.* » Aquí se enseña, pues, el modo de corregir, por consiguiente no es lícito desacreditar á los sacerdotes y mucho menos á los Prelados, ni quitarles el honor ni la fama sin peligro de pecado grave y obligación de restituir; como tampoco crear los falsos testimonios, que los hombres lijeros con tanta facilidad (b) cuentan con malicia, afeción y odio, por no decir costumbre de murmurar; de quienes dice el Salmo 139. « *Librame, Señor, de hombre malvado: librame de hombre perverso. Los que maquinaron iniquidades en el corazón: todo el día disponían combates. Afilaron sus lenguas como de serpiente: veneno de aspides debajo de sus labios.* » No se debe tomar todo á mala parte, mientras se averigua, sino á lo mejor, como dice el V. Beda en la homilia 6, sobre San Lucas: « *Sed misericordiosos, como lo es Dios vuestro Padre.* » En este lugar creo que no otra cosa se nos dice, sino que aquellos hechos de que dudamos con que intención se hacen, los interpretemos á la mejor parte: aquello que está escrito: « *por sus frutos los conoceréis,* » se entiende de lo que es manifiesto que no se hace con buena intención, como el estupro, la blasfemia, la embriaguez, y semejantes, sobre lo que si nos es lícito juzgar; mas en lo contrario, hay evidente peligro de incurrir en detracción ó crítica, si es oculto; ó en calumnia si es público, lo cual es pecado mortal, no sólo cuando se hace con depravada intención, sino también con ligereza, según la gravedad de la materia, fácil de saber según Sto. Tomás (2, 2, q. 72, art. 1; y q. 73, art. 1; y q. 74, art. 1 y q. 75, art. 1); particularmente cuando la detracción ó calumnia, toca á aquellos cuya vida está puesta como modelo de imitación, los que, si pueden, están obligados á contener las palabras de los detractores, conforme al mismo Santo (2, 2, q. 72, art. 3) y San Gregorio (Hom. IX sobre Ezequiel). Porque la detracción sobre los Prelados y

(b) Véase el texto in cap. quamuis, y el cap. non solum, 11. q. 3.

sacerdotes el Señor la prohíbe en especialidad). En el Exodo 22, *No critiques á los dioses.* Dicho San Gregorio explica lo mismo en el Lib. 2 del Registro, en medio del cap. 72. Ciertamente se debe dejar para que los juzguen sus superiores mayores, ó mejor Dios, conforme á aquello del salmo 81, *Dios asiste en el consejo de los dioses; y en medio juzga á los dioses:* por esto el Papa Eusebio (carta 2.ª á los obispos de Alejandría), dice: « Si los detractores, quienes quiera que sean, son juzgados gravemente y caen en el lazo de perdición, mucho más los que denigran, censuran ó acusan á los siervos de Dios, serán condenados; porque su injuria hiere á Cristo, pues son sus representantes, conforme á lo que dice el Señor, por el profeta Zacarías 2. « *EL QUE OS TOCA, ME TOCA Á MÍ, Y TOCA LA PUPILA DE MI OJO.* » Y el Papa y Mártir San Anacleto, con más eficacia así se expresa (Carta 13 á los obispos de Italia contra los detractores de sus Prelados): « Los detractores de sus preladados son condenados á Cam, hijo de Noé, quien enseñó á sus hermanos la desnudez de su padre para que se mofaran en vez de cubrirlo, porque si el doctor ó pastor de la Iglesia se separase de la Fe, los fieles deben corregirle; pero debe tolerársele por las malas costumbres más bien que denigrarle, porque los rectores de la Iglesia deben ser juzgados por Dios. » Esta carta se halla en la Suma de los Concilios, fol. 15, pág. 2, en la voz « contra los detractores, » que está en armonía con el texto de la Extravagante: *Unam sanctam*, de Maioritate, et Obedientia citado antes. De aquí, aquella piadosísima sentencia del Emperador Constantino cuando presidía el Concilio Euménico de Nicea, que le llevaron cierta querrela de unos clérigos para que la viera, dijo: « A vosotros nadie os puede juzgar, pues estáis reservados únicamente al juicio de Dios; sois llamados dioses, y por lo mismo los hombres no pueden juzgaros. » Mas en especial el piadosísimo Emperador solía decir: « si yo mismo viera á un sacerdote de Dios, ó á algún monje, pecando, me quitaría el manto y le cubriría para que nadie le viera. » El Papa Nicolás, deseando amonestar al Emperador Ludovico, tan dispuesto á creer los delitos de los clérigos, le exhorta en una carta especial, con esa sentencia: « Por lo mismo, deseando hijo queridísimo, haceros cauto, que si os sucediere oír algo sobre los sacerdotes del Señor, que con justicia son llamados padres de las almas, que ocasionen confusión á las almas piadosas, imitad no al necio sino á los honestos hijos de Noé, cubriendo por consiguiente el decoro del padre, para que cayendo la bendición, merezcáis os llenar como á ellos sucedió. » En nuestros tiempos no faltan Luises que despedazan el vestido de los eclesiásticos, esto es, el honor,

Hij certè supremis suis Superioribus, vel potius diuino iudicio sunt relinquendi, iuxta illud Ps. 81. « Deus stetit in Synagoga Deorum; in medio autem Deos diiudicat: » vnde Eusebius Papa in epist. 2. ad Episcopos Alexandriae sic ait: « Si detractores quorumcumque grauiter iudicantur, et in perditionis laqueum cadunt, multò magis laeratores, et detractores, atque accusatores famulorum Dei damnantur: quoniam iniuria eorum ad Christum pertinet, cuius legatione funguntur, dicente Domino, » Zachar. 2. « Qui vos tangit, me tangit, et tangit pupilam oculi mei. » Et efficacius Diuus Anacleus Papa, et Martyr epist. 13. ad Episcopos Italiae, contra detractores Praelatorum suorum sic inuehit: « Detractores Praelatorum suorum Chan filij Noe damnantur, qui Patris pudenda non operuit, sed magis deridenda alijs fratribus suis monstrauit: quia si Doctor, vel Pastor Ecclesiae à Fide exoruitauerit à Fidelibus corrigendus, sed pro reprobis moribus magis tollerandus est, quàm distinguendus; quia Rectores Ecclesiae à Deo iudicandi sunt. » Habetur haec epist. in Summa Conciliorum, fol. 15. pag. 2. vers. contra Detractores, cui maximè consonat tex. in Extravagant. vnam sanctam, de maiori parte, et obedientia, supra allegatus. Ex quo illa pijssimi Imperatoris Constantini in Concilio Generali Niceno actu Praesidentis pijssima haec sententia processit, qui cum querelam quorundam Clericorum conspiceret, coram se deferendam dixit: « Vos à nemine iudicari potestis, quia solius Dei iudicio reseruamini. Dij etenim vocati estis, et id circo non potestis ab hominibus iudicari; et magis in speciali ipsemet pijssimus Imperator dicere solebat: verè si proprijs oculis vidissem Sacerdotem Dei, aut aliquem eorum, qui Monachali habitu circum amicti sunt peccatam, clamidem meam spoliarem, et cooperirem eum, ne ab aliquo videretur. » Qua sententia Nicolaus Papa commonere cupiens Ludouicum Imperatorem nimis credere paratum delicta Clericorum per propriam epistolam, sic hortatur. « Per hoc desideratissimè filij cautos vos reddere cupientes, vt si Domini Sacerdotibus, qui iure Patres animarum dicuntur, aliquid contigerit vos audire, quòd confusionem pijs mentibus ingerat, non infrunitum, sed pudoratos filios Noe imitantes, paternam de reliquo verecundiam contegat, vt affluentibus benedictione, quemadmodum, et illi repleri mereamini. » Nec desunt Ludouici in nostris temporibus, qui Ecclesiasticorum vestem, idest honorem dilacerant, non alio moti, quàm odio, et vindicta, sed haec est peruersitas filiorum Adam, qui dentes pro gladijs habentes corrodunt,

tanquam canes ossa discooperta, et nuda Iesabel. Et haec est pia, et nobilis conditio filiorum Dei imitantium Ieu Prophetam, qui eandem Iezabel maximam peccatricem, et iusto Dei iudicio publicè punitam iussit cooperire. «Ite, et sepelite eam.» Subdens rationem ad nostrum maximum propositum, quia filia Regis est, 4. Reg. 9. Meritò ergo in Concilio Vienensi sub Clemente V. statutum fuit, quod licet Religiosi in contionibus possint vitia Praelatorum in communi reprehendere; modò tamen id prudenter, et absque scandalo fiet, tamen murmurare de eis, vel detrudere in contionibus nominatim, praesertim vt laicis placeant, peccatum incurran mortale, et refertur in Clem. I. in princ. de priuileg. vbi glos. verb. detrahant intelligit etiam, si huiusmodi detractio non nominatim, sed aequipolenter, vt intelligi possit, fiat. Et idem dicendum existimo de Contionatoribus secularibus, quos Contionatores voco iustificantes, et laudantes se ipsos tantum, et vituperantes Sacerdotes detrahendo. Ad quod vide, quae tradit Nauarrus in Manuali, cap. 25. num. 142. et consequenter meritò etiam in Concilio Lateranensi, sub Leone X. sess. I. vltra dictam poenam peccati mortalis addita fuit contra huiusmodi detractores Praelatorum excommunicatio latae sententiae Summo Pontifici reseruatae, vt refert idem Nauarrus loco citato, et Caietanus in Summa, verb. excommunicatio, num. 19.

Pudeant ergo potestates seculares contra Sacerdotes, et Religiosos detrahere. Calumniatoribus eorum credere facilimè, falsò accusare, cum debeant eos venerari, maximè in his Indiarum partibus, vbi Indi seculares imitantur quasi gimiae. Vnde imitatione Christianissimi Ducis don Fernando Cortes Marquion. del Valle, Mexici, et in eius Prouincia Sacerdotes, monachi praesertim summo honore ab Indis venerantur: caueant iudices contra Ecclesiasticas personas procedere Indorum tantum calumnijs, quorum dicta, et attestations tanquam infidelium idolorum cultorum sunt à iure repulsa, vt expressè sancitum est in dicto Concilio Limensi, act. 4. cap. 6. ibi: «Et ab infidelibus Indis nullum contra sacros Canones testimonium admittat, sed neque ipsos fideles Indos, aut ipsos Hispanos, si suspecti sunt.» Concordat tex. in cap. suspectus, et cap. nullus 3. q. 5. et cap. testes 4. q. 3. c. ille qui, cap. qui peierauerit 22. q. 5. quae iura in honorem Sacerdotum sunt promulgata, tum etiam timeant iudices seculares excommunicationem contentam in

Laudat don Fernando Cortes Marquion. del Valle.

movidos no con otro fin que el odio y la venganza, tal es la perversidad de los hijos de Adán que teniendo dientes en vez de espadas roen, como perros, los huesos desnudos y descubiertos de Iezabel (IV Reyes, c. IX). Mas no así la piadosa y noble condición de los hijos de Dios, que imitando al profeta Jehú, quien mandó cubrir á la misma Iezabel, gran pecadora, castigada públicamente por justo juicio de Dios, con estas expresiones: «*Id y sepultadla,*» agregando una razón, que viene bien á mi grande intento, PORQUE ES HIJA DE REY. Con razón el Concilio de Viena en tiempo de Clemente V decretó que aunque los religiosos puedan en los sermones reprehender en común los vicios de los Prelados, con tal que sea con prudencia y sin escándalo, sin embargo, si murmuran de ellos ó los critican en los sermones nombrándolos, particularmente para agradar á los legos, incurran en pecado mortal. Se refiere esto en la Clemente I. *in princip. de privileg.*, donde la glosa á la palabra *detrahant*, interpreta también, si semejante detracción no se haga nominal sino equipolente para poderse entender. Lo mismo creo se ha de decir de los predicadores seculares, á los que llamo justificantes, que sólo se alaban, y vituperantes, que censuran á los sacerdotes. Sobre esto véase lo que trae Navarro (en el Manual, capítulo 25, núm. 142). Consiguientemente y con razón el Concilio de Letrán, en tiempo de León X, ses 11, además de la dicha pena de pecado mortal, añadió, contra los dichos detractores de los Prelados, Excomunió*ne latae sententiae*, reservada al Sumo Pontífice (según refiere el citado Navarro en el lugar mencionado) y Cayetano (en la Suma, voz: excomunió*ne*, núm. 19).

Avergüencense, pues, las potestades seculares de detractar á los sacerdotes y religiosos; de creer tan fácilmente á sus calumniadores acusándoles falsamente, debiendo venerarles, particularmente en estas partes de las Indias, donde los indios como monos, imitan á los seglares. Por esto en México los sacerdotes y en especial los frailes, son reverenciados en sumo grado de los indios, por imitar al cristianísimo capitán Don Fernando Cortés, Marqués del Valle. Cuidense los jueces de proceder contra las personas eclesiásticas, sólo por las calumnias de los indios, cuyos dichos y probanzas son desechados por el Derecho como de infieles idólatras, según está expresamente ordenado en el citado Concilio de Lima (Act. 4, capítulo 6) que dice: «Ningún testimonio se admita contra los sagrados Cánones de los indios infieles, pero ni aun de los mismos indios fieles ni de los españoles, si son sospechosos.» Concuerdá esto con el texto *in cap. Suspectus*, y con el *cap. Nullus* 3, q. 5 y con el *cap. Testes* 4, q. 3, c. *Ille qui*; *cap. Qui peierauerit* 22, q. 5, que fueron pro-

Elogia al marqués del Valle don Fernando Cortés.

Bulla Coenae Domini contra eos, qui processum faciunt in personas Ecclesiasticas.

Si enim Deus Optimus, Maximus in veteri Testamento Sacerdotes venerari, reuereri, audiri, consultari praecepit; quantò magis Sacerdotis noui Testamenti, qui non vitulorum, atque hircorum sanguine peccatorum veniam à Deo impetrantur. (c) Nam si Deuteronom. 17. dicitur. quòd ad Sacerdotes concurrat Populus pro rebus dubijs iudicandis, quantò magis in lege gratiae Sacerdotes iudicare debent, dicente Domino: «Si difficile, et ambigum apud te iudicem esse perspexeris inter sanguinem, et sanguinem causam, et causam, lepram, et non lepram, et iudicium inter portas tuas videris verba variari; surge, et ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, veniesque ad Sacerdotes Leuitici generis, et ad iudicem, qui fuerit illo tempore, quaeresque ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem. Et facies quodcumque dixerint, qui praesunt loco, quem elegerit Dominus, et docuerit te iuxta legem eius, sequerisque sententiam eorum, nec declinabis ad dextram, nec ad sinistram.» Ergo Sacerdotes debent consuli in nostro casu castigandi, et capiendi idolorum cultores, qui intus, et incute Indos agnoscent experientia, et familiaritate, continuo consortio, administratione, locutione: quibus mores eorum, morbosque curandos agnoscent, quasi luces mundi, sal terrae, ciuitas in monte posita habentur. Sed proh dolor! si salinfatuatur odio, vindicta, murmuratione, detractioe malignantium, et persequentium. Ad nihilum erit, nisi conculcandum ab hominibus, et praesertim ab his idolum cultoribus, qui suae gentilitiae tempore Sacerdotes suos inaudito honore, et reuerentia tractabant, ut tradit Frat. Hieron. Roman in sua hist. gentilica Indorum, cap. 6. fol. 362. ibi: *Eran tan estimados los Sacerdotes entre los Indios, que no sabria yo decir con palabras encarecidas, lo mucho que eran, y el credito que tenian.* Et quod ad victum, et sustentationem eorum, vide cap. 9. sequentem, ibi: *En el Reyno del Piru tambien auia rentas, y bienes de donde se mantenian los Ministros; y sin duda mirados los tiempos, y los Sacerdotes que alli seruian, deuian de tener grandes heredades, y propios. Lo que se sabe de cierto, es, que los templos dedicados al Sol, tenian los mas fertiles campos que auia en todo el Reino, y esto proueyeron los Reyes con gran cuidado; porque ya que huuiesse años trabajosos, alomenos los templos, y ministros sintiessen menos el trabajo, y necesidad. Estas heredades eran labradas en comun de to-*

(c) Vide Bobadillam in sua Política lib. 2. cap. 17. num. 1. 11. et 12.

mulgados en honor de los sacerdotes: también tenfan los jueces seculares la Excomunió*ne* contenida en la bula *Coenae Domini* contra los que procesan á las personas eclesiásticas.

Si, pues, Dios Óptimo y Máximo mandó en el Antiguo Testamento que los sacerdotes fuesen reverenciados, honrados, oídos y consultados, cuánto más los del Nuevo Testamento que piden á Dios el perdón de los pecados, no con la sangre de las terneras y chivos. (c) En verdad, si en el capítulo XVII del Deuteronomio se dice que en las cosas dudosas, acuda el pueblo á los sacerdotes para que las determinen, con mayor razón en la Ley de Gracia deben los sacerdotes juzgar, diciendo el Señor: «8. *Si acaeciere que pendá ante ti, un negocio difícil y espinoso entre sangre y sangre, entre causa y causa, entre lepra y lepra; y vieres que son varios los pareceres de los Jueces dentro de tus puertas; levántate y sube al lugar que escogiere el Señor Dios tuyo.* 3. *Y te encaminarás á los sacerdotes del linage de Levi, y al que fuere Juez en aquel tiempo; y los consultarás, y te dirán cómo has de juzgar según verdad.* 10. *Y harás todo lo que dijeren los que presiden en el lugar que escogiere el Señor, y todo lo que te mostraren.* 11. *Según su Ley; y seguirás su parecer; sin torcer ni á la diestra ni á la siniestra.*» Luego los sacerdotes deben ser consultados en nuestro caso sobre castigar y aprehender á los idólatras, quienes por experiencia, trato, constante unión, administración y conversación conocen á los indios por dentro y por fuera, que saben sus costumbres, las dolencias que padecen, como que son luz del mundo, sal de la tierra y ciudades situadas en el monte. Mas, ay dolor! si la sal es insípida por odio, por venganza, por crítica ó por murmuración, para nada sirve, sino para que sea hollada por los hombres, particularmente por estos idólatras, que en tiempo de su gentilidad trataban á sus sacerdotes con inaudito honor y respeto, según refiere Fr. Jerónimo Román en su Historia gentilica de los indios (capítulo VI, fol. 362), así: «Eran tan estimados los Sacerdotes entre los Indios, que no sabría yo decir con palabras encarecidas, lo mucho que eran, y el crédito que tenian.» Y en cuanto á su alimentación y sustento, véase el cap. IX siguiente: «En el Reyno del Piru tambien auia rentas, y bienes de donde se mantenian los Ministros; y sin duda mirados los tiempos, y los Sacerdotes que alli seruian, deuian de tener grandes heredades, y propios. Lo que se sabe de cierto, es, que los templos dedicados al Sol, tenian los mas fertiles campos que auia en todo el Reino, y esto proueyeron los Reyes con gran cuidado; porque ya que

(c) Véase á Bobadilla en su Política Lib. 2, cap. 17, núms. 1. 11 y 12.